

Summa fratris Alexandri (Summa Halensis), IV, 298.

(Doctoris irrefragabilis Alexandri de Hales ordinis minorum Summa theologica seu sic ab origine dicta "Summa fratris Alexandri" ..., kiad. Collegium S. Bonaventurae, Quaracchi 1924-1948, IV/1, 455.)

Utrum homo adorandus sit latria.

I. Quantum ad primum obicitur sic: Dicit Ioannes Damascenus quod honor, qui exhibetur imagini, refertur ad illum cuius est imago; unde dicit magnus Basilius: Honor imaginis ad prototypum pervenit, id est ad exemplar; est enim prototypum prima forma sive forma exemplaris, ad quam facta est imago. Cum ergo homo sit expressissima imago Dei, poterit in homine adorari Deus latria, et ita per consequens homo potest adorari latria.

II. Iuxta hoc quaeritur de B. Virgine. Nam dicit Ioannes Damascenus quod honor, qui eius est, ad eum, qui de ea est incarnatus, refertur. Ergo ipsa potest adorari latria.

Solutio: I. Ad primum dicendum quod homo non potest adorari latria, tamen potest esse materia adorationis latriae, in quantum est imago ducens ad Deum, cuius est imago, et ideo adoratio duliae debetur ei, secundum quod dicit Ioannes Damascenus, in IV libro: *A principio Deus hominem secundum propriam imaginem fecit. Cuius igitur gratia nos ad invicem adoramus, nisi quod secundum imaginem Dei facti sumus? Ut enim ait magnus in divinis Basilius, honor imaginis ad prototypum pervenit, id est exemplar: prototypum autem est illud quod imago repraesentat.*

II. Ad secundum quod quaeritur de B. Virgine, dicendum quod, quamvis honor, qui eius est, ad eum qui ex ea est incarnatus, reducatur, non sequitur propter hoc quod honor ille sit latria, sed sequitur quod honor ille refertur ad Christum. Honor tamen ille, qui B. Virgini debetur, est cuiusdam praerogativae, scilicet duliae singularis et quasi immediate disponens ad latriam, non tamen est latria. Cum enim adoro Matrem Dei in quantum huiusmodi, non adoro ut causam mei conditricem, et ideo non adoro latria; quia autem adoro ut Matrem Dei, honoro ut Matrem Creatoris, et hoc propter ipsum Creatorem. Unde ratio honoris est ipse honor Creatoris, ipse tamen honor exhibetur creaturae. Ex quo relinquitur quod honor ille est dulia praerogativae singularis disponens ad latriam, et cuius ratio latria est.

3-5 Ioan. Dam., *De fide orthodoxa*, IV,16 (PG 94, 1169); versio Burgundii, c. 89, n. 1 (Saint John Damascene, *De fide orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus*, kiad. Buytaert, Eligius M., St. Bonaventure, N.Y. 1955, 331) | 4-5 Bas. Magn., *De Spiritu S.*, 18 (PG 32, 149) | 11-12 Ioan. Dam., loc. cit.; versio Burgundii, c. 89, n. 3 (Buytaert, 333) | 18-23 *ibid.*; versio Burgundii, c. 89, n. 1 (Buytaert, 331)

Latriával imádandó-e az ember?

I. Ami az elsőt illeti, felvetik, hogy igen: Azt mondja Damaszkuszi János, hogy *a tisztelet, amelyet a képnek adunk, arra vezetnek vissza, akié a kép; ezért mondja a nagy Vazul: a kép tisztelete a prototyponig, azaz a mintáig jut el; a prototypon pedig az első forma vagy mintaszerű forma, amelyre készült a kép. Mivel tehát az ember Isten legtisztább képe, az emberben lehet latriával imádni Istent, és így következőképpen az embert lehet latriával imádni.*

II. Hasonlóképpen kérdeznak a Boldogságos Szűzről. Ugyanis azt mondja Damaszkuszi János, hogy *a tisztelet, amely az övé, ahhoz vezetnek vissza, aki belőle testesült meg. Tehát őt magát lehet latriával imádni.*

Megoldás: I. Az elsőre azt kell mondani, hogy az embert nem lehet latriával imádni, de lehet a latria imádának anyaga, amennyiben Istenhez – akinek a képe – vezető kép, és ezért a dulia imádata jár neki. Ezzel egyezően mondja Damaszkuszi János a IV. könyvben: *Isten a kezdetkor saját képe szerint csinálta az embert. Tehát mívégre imádjuk egymást, ha nem azért, mert Isten képére vagyunk csinálva? Ahogy ugyanis az isteni dolgokban nagy Vazul mondja, a képnek nyújtott tisztelet a prototyponig, azaz a mintáig jut el; a prototypon pedig az, amit a kép megjelenít.*

II. A másodikra, amelyet a Boldogságos Szűzről kérdeznek, azt kell mondani, hogy noha *a tisztelet, amely az övé, ahhoz vezetnek vissza, aki belőle testesült meg*, ebből nem következik, hogy az a tisztelet latria, hanem az következik, hogy az a tisztelet Krisztushoz vezetnek vissza. Az a tisztelet azonban, amely a Boldogságos Szűznek jár, az valamilyen elsőség, tudniillik a különleges dulia [tisztelete], és mintegy közvetlenül sorolódik a latria mellé, de nem latria. Ha ugyanis Isten anyját mint olyant imádom, akkor nem az én teremő okomként imádom, és ezért nem latriával imádom; és mivel Isten anyjaként imádom, a Teremő anyjaként tisztelem, mégpedig magáért a Teremőért. Ennélfogva a tisztelet oka a Teremő tisztelete, maga a tisztelet mégis teremtménynek adatik. Ezután csak az marad, hogy az a tisztelet a különleges elsőség duliája, amely a latria mellé sorolódik, és amelynek oka a latria.

5

10

15

20

25

30

35

40